



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 46. Quibus temporibus maximè conueniat tacere religiosos.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

*piantes minus & pauperes deprimen-
tes in porta, ideo prudens in tempore
illo tacebit, quia tempus malum est.*

*Cum
dicun-
tur
blas-
phemiae.*

Octauum tempus est, cum au-
diuntur blasphemiae, cuius rei ex-
emplum à Iudæis quos iussit Eze-
chias rex tacere ad blasphemias
Rabfaces, Isa. 36. vt supra capit. 37.
num. 2. adduximus.

CAPVT XLVI.

*Quibus temporibus maximè conueniat
tacere religiosos.*

*Tem-
pore o-
ratio-
nis.*

Nonum tempus omnibus cõ-
uenit, sed maximè religio-
sis, orationis scilicet, vti quoq; su-
perius capit. 36. num. 2. ex D. Hie-
ronymo docuimus. Quibus ad-
denda ea quæ ex Cassiano lib. 2. de
institutis cenobitarum cap. 10. ad-
duximus in hanc sententiam capit.
34. num. 1. Vnde & D. Benedictus
vult vt oratorium seu locum ora-
tionis summo cum silentio exeant,
cum inquit cap. 52. regulæ Orato-

rium

rium hoc fit quòd dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur, aut condatur. Expleto opere Dei omnes cum summo silentio exeant & agatur reuerentia Deo; vt frater qui fortè sibi peculiariter vult orare, non impediatur alterius improbitate; sed si alter vult sibi secretiùs orare, simpliciter intret & oret. &c.

Decimum tempus est in labore & opere manuum, commune tempus omnibus ferè Christianis, maximè religiosis; Sic enim inquit D. Paulus 2. Theff. 3. 11. *Audimus enim inter vos, quosdam ambulare inquietè, nihil operantes; sed curiosè agentes. Iis autem qui eiusmodi sunt, denunciamus & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes panem suum manducent.* Duo hîc sunt notatu dignissima, primùm, vt videant quibus cura aliorum commissa est, ne habeant homines nihil agentes,

Tempore
laboris
manuū

Cōtra
otiosos

id est, otiosos. Otium enim inter Sodomorum iniquitates refertur. Ezech. 16. 49. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodome sororis tue, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium illius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant.* Vnde Prouerb. 12. 11. *Qui operatur terram suam satiabitur panibus: qui autem sedatur otium stultissimus est.* Cui respondet id Prou. 28. 19. *Qui sedatur otium replebitur egestate.* De quo plura diximus capit. 10. num. 2. Quòd otium aliquando ex ipsorū Prælatorum culpa prouenit, dum subditos suos nullis occupant certis & licitis laboribus, vel scribendo, vel aliud agendo. Atq; ità, nec subditi nec prælati quicquam utilitatis inde habent, quin potiùs dānationis occasionem, cūm dicat S. Benedictus cap. 2. regulæ. *Sciatque Abbas culpæ pastoris incumbere quicquid in ouibus paterfa-*

miliās

miliis vtilitatis minus potuerit inuenire. Alterum est, quòd huiusmodi otiosi in posterum in silentio operari debeant, neq; inquietè & curiosè hincinde vagari.

Vndecimum tempus, est tempus pomeridianum, cuius quoq; fit mentio apud D. Hieronymum, vti constat suprà ex capit. 36. num. 1.

Tempore pomeridiano.

Duodecimū tempus est, post completorium. Tempore enim D. Hieronymi, loco iam citato, in more fuit tacere à fine completorii vsq; ad finem Missæ: & in omnium penè religiosorum cōsortio id seruatur vsq; ad finem primæ. Hinc D. Benedictus cap. 42. regulæ inquit. Exeuntes à completorio, nulla sit licentia cuiquam loqui aliquid. Quòd si inuentus fuerit quisquam præuaricari hanc taciturnitatis regulam, grauiori vindictæ subiaceat, excepto si necessitas hospitem superuenerit, aut

fortè

fortè Abbas alicui aliquid iusserit.

Omni
ferè
tempo-
re &
maxis-
mè nos-
trè.

Decimumtertium tempus est
cùm cœnobitis, omne ferè tempus
& maximè nocturnum. Hinc D.
Benedictus eodem capite 42. san-
ctissimæ suæ regulæ ità sub initium
capitis inquit, omni tempore silen-
tio studere debent monachi, ma-
ximè tamen nocturnis horis.

QVAMDIU TACEN-

DVM SIT.

CAPVT XLVII.

*Traduntur septem potissimum tempora qui-
bus tacendum sit.*

PRimò tacebis, quoad benè te-
cum cogitaueris, quid loqui
volueris & verba in mente discuf-
feris. Cuius rei exemplum à gallo
gallinacio sumere poteris; qui an-
tequàm cantet alas suas tertio ex-
cutit. Verba enim sagittis sunt si-
milis aut globis tormentarijs qui
emissi retrahi nequeunt, quare
prius rectè collimandum est ad de-

stinatam